Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25882
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Capitulum xlviii.

Et surrexit helias
Hic consequenter interserit
laus quorundam prophetarum
et primo helye 2o he
lisei ibi helyas Circa primum dicit
Et surrexit helyas propheta quasi
ignis i ardens zelo dei vnde
dixit 3 Reg 19 Zelo zelatus
sum pro domino exercituum etc. Et ver
bum ipsius quasi facula ar
debat accendendo auditores ad
amorem diuinum Qui induxit in
illos famem 3 Re 17 Et imi
tantes illum in vidia sua pau
ci facti sunt scilicet sacerdotes
Baal qui querebant per ig
nem exaudiri in consumpcio
ne sui holocausti sicut hely
as 3 Re 18 et quia non potuerunt
a populo interfecti sunt Non po
terant enim sustinere precepta do
mini i eius resistere volun
tati qui mortem eorum precepit
per helyam Verbo domini continuit
celum tribus annis et men
sibus sex a rore et pluuia Ja
c 4 Et deiecit a se tercio ignem i
oracionis sue virtute fecit ignem
iteratum de celo descendere super
holocaustum suum 3 Re 18 Et 4
Re 1 super duos quinquagenarios
principes Sic amplificatus
est helyas i declaratus lau
de dignus in mirabilibus su
is i in mirabilis ad preces eius
factis Ideo subditur Et quis potest
similiter gloriari tibi quasi diceret
valde pauci Qui sustulisti
mortuum ab inferis scilicet filium vi
due sareptane quem suscitauit
a morte Qui deiecisti reges
ad perniciem scilicet Achab cui di
xit 3 Re 21 In hoc loco in quo
linxerunt canes sanguinem
Naboth lambent quoque sanguinem
tuum Et Othosiam cui
dixit 4 Re 1 quia misisti nun
cios ad consulendum Beelze
bub deum Acharon Ideo de lec
tulo super quem ascendisti non de
scendes sed morte morieris
et gloriosos de lecto suo i duos
quinquagenarios principes mis
sos ad eum ab Othosia iacente
in lecto suo super quos ignem
fecit descendere ut dictum est
Qui audisti in syna iudicium
i secretum dei consilium quo sep
tem milia virorum reseruaue
rat qui non coluerunt Baal
helya tamen opinante se solum
fidelem remansisse 3 Re 19
Et in oreb iudicia defensionis
i diuine vlcionis quibus do
minus precepit helye inungi
helyseum in prophetam et Asael
in regem Syrie et hyen filium
namsi in regem israhel ad in
terfeccionem ydolatrarum 3 Reg 19
Qui vnguis reges ad penitentiam
i ad punicionem ydolatrie et est
repeticio eius quod dictum est de
Asaele et hyen ad maiorem
expressionem Et prophetas facis suc
cessores post te scilicet helyseum
et Jonam quem suscitauit he